

uberes et amplas possessiones in Bahurim, juberetur inde excedere, ablata omni prorsus unquam redeundi facultate, ubi potens erat, et summo fortassè inter suos loco, et habitare in civitate aliena, et aliena tribu, in qua esse non poterat non odiosus, cum constaret quam fuisset prius in Davidem inverecundus et pro-cax. Quare perinde habitaret in Jerusalem, quasi in liberiori aliqua custodia, cujus licet laxa sint moenia, certis tamen finibus conclusa sunt, et quorum transgressio capitalis est. Cum autem omnes illi praeclusisset exitus Salomon, praecepit tamen edixit proposito capitali sup-plicio, ne transiret Cedronem, quia id videbat à Semei minus servari posse, cum per Cedronem exitus pateret ad civitatem patriam Bahurim, à qua abesse instar censeretur poterat mortis, cum ibi haberet omnia, quae in humanis existi-mantur aut vitae subsidia, aut dignitatis orna-menta. Cedron porrò non tam dicitur à cedris, ut quidam existimantur Hebraicæ linguae prorsus ignari, quam ab obscuritate; id enim valet Hebr. קדרון *Kidron*; valles autem in vastam altitudinem depressæ, qualis erat illa, per quam labebatur Cedron, obscuræ sunt. Unde vallium hoc est familiare epitheton; quam poetæ, modò *obscuram*, modò *nigram*, aut *umbrosam*, appellant.

VERS. 38. — DIXITQUE SEMEI AD REGEM: BONUS SERMO. Hebræi *bonum* appellant, quod placet, atque ideò cum aliquid sibi placere signi-damnè s'il ne les accomplissait pas exactement, il y manque au bout de trois ans, sans obtenir aucune dispense du monarque. Salomon lui fait subir le traitement qu'il avait accepté, et on ne rougit pas de le représenter comme un *monstre plus odieux que Caligula, que Néron!* (Duclot.)

CAPUT III.

1. Confirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, et affinitate conjunctus est Pharaoni regi Ægypti; accepit namque filiam ejus, et adduxit in Civitatem David, donec compleret ædificans domum suam et domum Domini, et murum Jerusalem per circuitum.

2. Attamen populus immolabat in excelsis; non enim ædificatum erat templum nomini Domini usque in diem illum.

3. Dilixit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis David patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat et accendebat thymiana.

592

ficant. bonum sibi illud esse dicunt. Sic supra, c. 3, lib. 1, Heli cum sibi placere significare vellet, quidquid de suo capite statuisset Deus, dixit: *Dominus est; quod bonum est in oculis suis, faciat*, et Isai. c. 59, Ezechias cum audiret quid Deus contra ipsius caput statuisset, dixit: *Bonum verbum Domini, quod locutus est*. Quod idem est ac si diceret: Admitto quod de me Domino visum est, non abnuo, aut deprecor pœnam. Sic ergo nunc Semei placere sibi dixit regis decretum, neque aliquid se habere, quod contra illud obtendat. Quod ipse Salomon docuit statim v. 42, ubi cum significaret admissum esse decretum à Semei, neque recusari posse, quominus pereat, deique legitimam pœnam violati decreti, ait: *Prædixi tibi quicumque die egressus ieris huc, et illuc, scito te esse moriturum, et respondisti mihi: Bonus sermo, quem audivi; quare ergo, etc.*

VERS. 44. — TU NOSTI OMNE MALUM, CUIUS TIBI CONSCIUM EST COR TUUM. Levius videri poterat Semei, et aliis, quibus ignota erant audacissima scelera, quæ in Davidem excedentem ex urbe quondam admiserat, atque ideò, ne quisquam injustæ crudelitatis argueret, alia nunc commemorat crimina, quorum sibi conscius erat Semei, quæ si duriori plecteret supplicio, pro scelerum magnitudine et genere, non tamen videretur excessisse modum, quem humanitas præscribit aut publica ratio. Cum insultasset regi tam de patriâ merito, et non solum verbis, sed etiam lapidibus regiam læsisset majestatem, cui sceleri gravissima ubique gentium supplicia leges indicunt, merito timebat Semei, cum lib. 2, c. 19, redeunt in urbem regi supplex occurrit.

CHAPITRE III.

1. Le règne de Salomon s'étant ainsi affermi, il s'allia avec Pharaon, roi d'Égypte; car il épousa sa fille, qu'il amena dans la Ville-de-David, où elle demeura jusqu'à ce qu'il eût achevé de bâtir sa maison, la maison du Seigneur, et les murs qu'il faisait faire tout autour de Jérusalem.

2. Cependant le peuple immolait sur les hauts lieux, parce que jusqu'alors on n'avait point encore bâti de temple au nom du Seigneur.

3. Or, Salomon aima le Seigneur, et se conduisit selon les préceptes de David, son père, excepté qu'il sacrifiait et qu'il brûlait de l'encens dans les hauts lieux.

4. Abiit itaque in Gabaon ut immolaret ibi; illud quippe erat excelsum maximum. Mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud in Gabaon.

5. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens: Postula quod vis ut dem tibi.

6. Et ait Salomon: Tu fecisti cum servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate et justitia, et recto corde tecum; custodisti ei misericordiam tuam grandem, et dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie.

7. Et nunc, Domine Deus, tu regnare fecisti servum tuum pro David patre meo. Ego autem sum puer parvulus, et ignorans egressum et introitum meum;

8. Et servus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari et supputari non potest præ multitudine.

9. Dabis ergo servo tuo cor docile, ut populum tuum judicare possit, et discernere inter bonum et malum; quis enim poterit judicare populum istum, populum tuum hunc multum?

10. Placuit ergo sermo coram Domino, quòd Salomon postulasset hujuscemodi rem.

11. Et dixit Dominus Salomoni: Quia postulasti verbum hoc, et non petisti tibi dies multos, nec divitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum judicium,

12. Ecce feci tibi secundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et intelligens, in tantum ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit;

13. Sed et hæc quæ non postulasti dedi tibi, divitias scilicet et gloriam, ut nemo fuerit similis tui in regibus, cunctis retrò diebus.

14. Si autem ambulaveris in viis meis, et custodieris præcepta mea et mandata mea, sicut ambulavit pater tuus, longos faciam dies tuos.

15. Igitur evigilavit Salomon, et intellexit quòd esset somnium, cumque venisset Jerusalem, stetit coram arcâ fœderis

4. Il s'en alla donc à Gabaon pour y sacrifier, parce que c'était là le plus considérable de tous les hauts lieux, et il y offrit mille hosties en holocauste sur l'autel qui était à Gabaon.

5. Or, après ce sacrifice, le Seigneur apparut à Salomon en songe pendant la nuit, et lui dit: Demandez-moi ce que vous voulez que je vous donne.

6. Salomon lui répondit: Vous avez usé d'une grande miséricorde envers David mon père, votre serviteur, selon qu'il a marché devant vous dans la vérité et dans la justice, et que son cœur a été droit à vos yeux; vous lui avez conservé votre grande miséricorde, et vous lui avez donné un fils qui est assis sur son trône, comme il paraît aujourd'hui.

7. Maintenant donc, ô Seigneur Dieu, vous m'avez fait régner, moi qui suis votre serviteur, en la place de David, mon père. Mais je ne suis encore qu'un jeune enfant, ne sachant de quelle manière je dois me conduire;

8. Et votre serviteur se trouve au milieu de votre peuple que vous avez choisi, d'un peuple infini, qui ne peut être compté ni supputé, à cause de sa multitude.

9. Vous donnerez donc à votre serviteur un cœur docile, afin qu'il puisse juger votre peuple et discerner entre le bien et le mal; car qui pourra, sans cette sagesse, rendre la justice à votre peuple, à ce peuple qui est si nombreux?

10. Le Seigneur agréa donc que Salomon lui eût fait cette demande,

11. Et il dit à Salomon: Parce que vous m'avez fait cette demande, et que vous n'avez point désiré que je vous donne un grand nombre d'années, ni de grandes richesses, ni la vie de vos ennemis, mais que vous m'avez demandé la sagesse, pour discerner ce qui est juste,

12. J'ai déjà fait ce que vous m'avez demandé, et je vous ai donné un cœur si plein de sagesse et d'intelligence, qu'il n'y a jamais eu d'homme avant vous qui vous ait égalé et qu'il n'y en aura point après vous qui vous égale;

13. Mais je vous ai même donné ce que vous ne m'avez point demandé, savoir les richesses et la gloire, de sorte qu'aucun roi ne vous aura jamais égalé en ce point dans tous les siècles passés.

14. Si vous marchez dans mes voies, et que vous gardiez mes préceptes et mes ordonnances,

Domini, et obtulit holocausta, et fecit victimas pacificas, et grande convivium universis famulis suis.

16. Tunc venerunt duæ mulieres metrices ad regem, steteruntque coram eo.

17. Quarum una ait : Obsecro, mi domine; ego et mulier hæc habitabamus in domo unâ, et peperit apud eam in cubiculo;

18. Tertiâ autem die postquam ego peperit, peperit et hæc, et eram simul, nullusque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus.

19. Mortuus est autem filius mulieris hujus nocte, dormiens quippe oppressit eum.

20. Et, consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, et collocavit in sinu suo; suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo.

21. Cumque surrexissem manè ut darem lac filio meo, apparuit mortuus; quem diligentius intuens clarâ luce, deprehendi non esse meum quem genueram.

22. Responditque altera mulier : Non est ita ut dicis; sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit. E contrario illa dicebat : Mentiris; filius quippe meus vivit, et filius tuus mortuus est. Atque in hunc modum contendebant coram rege.

23. Tunc rex ait : Hæc dicit : Filius meus vivit, et filius tuus mortuus est; et ista respondit : Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem vivit.

24. Dixit ergo rex : Afferte mihi gladium. Cumque attulissent gladium coram rege :

25. Dividite, inquit, infantem vivum in duas partes, et date dimidiam partem uni et dimidiam partem alteri.

26. Dixit autem mulier ejus filius erat vivus ad regem (commota sunt quippe viscera ejus super filio suo) : Obsecro, domine, date illi infantem vivum, et nollite interficere eum. E contrario illa dicebat : Nec mihi nec tibi sit, sed dividatur.

27. Respondit rex, et ait : Date huic

ces, comme votre père les a gardés, je vous donnerai encore une longue vie.

15. Salomon s'étant éveillé, fit réflexion au songe qu'il avait eu; et, étant venu à Jérusalem, il se présenta devant l'arche de l'alliance du Seigneur, offrit des holocaustes et des victimes pacifiques, et fit à tous ses serviteurs un grand festin.

16. Alors deux femmes de mauvaise vie vinrent trouver le roi, et se présentèrent devant lui;

17. L'une d'elles lui dit : Je vous prie, mon seigneur, faites moi justice. Nous demeurions, cette femme et moi, dans une même maison, et je suis accouchée dans la même chambre où elle était;

18. Elle est accouchée aussi trois jours après moi. Nous étions ensemble, et il n'y avait dans cette maison qui que ce soit que nous deux.

19. Le fils de cette femme est mort pendant la nuit, parce qu'elle l'a étouffé en dormant.

20. Et, se levant dans le silence d'une nuit profonde, pendant que moi, votre servante, je dormais, elle m'a ôté mon fils que j'avais à mon côté; et, l'ayant pris auprès d'elle, elle a mis auprès de moi son fils qui était mort.

21. M'étant levée le matin pour donner du lait à mon fils, il m'a paru qu'il était mort; et, le considérant avec plus d'attention au grand jour, j'ai reconnu que ce n'était point le mien, celui que j'avais enfanté.

22. L'autre femme lui répondit : Ce que vous dites n'est pas vrai : mais c'est votre fils qui est mort, et le mien est vivant. La première, au contraire, répliquait : Vous mentez, car c'est mon fils qui est vivant, et le vôtre est mort. Et elles disputaient ainsi devant le roi.

23. Alors le roi dit : Celle-ci dit : Mon fils est vivant, et le vôtre est mort; — et l'autre répond : Non; mais c'est votre fils qui est mort, et le mien est vivant.

24. Le roi ajouta : Apportez-moi une épée. Lorsqu'on eut apporté une épée devant le roi,

25. Il dit : Coupez en deux cet enfant qui est vivant, et donnez-en la moitié à l'une et la moitié à l'autre.

26. Alors la femme dont le fils était vivant, dit au roi (car ses entrailles furent émues pour son fils) : Seigneur, donnez-lui, je vous supplie, l'enfant vivant, et ne le tuez point. L'autre disait, au contraire : Qu'il ne soit ni à moi ni à vous, mais qu'on le partage.

27. Alors le roi prit la parole et dit : Donnez à celle-ci l'enfant vivant, et qu'on ne le

infantem vivum, et non occidatur; hæc est enim mater ejus.

28. Audivit itaque omnis Israel judicium quod judicasset rex, et timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum judicium.

VERS. 1. — CONFIRMATUM EST IGITUR REGNUM IN MANU SALOMONIS (1). Hactenus non videtur Salomon constitutus in regno, cum hostes ha-

(1) Ainsi le règne de Salomon fut affermi. Ce que l'Écriture dit ici a rapport avec ce qui a été dit dans le chapitre précédent, c'est-à-dire, qu'après que ce prince eut fait mourir Adonias, Joab et Séméï, et chassé Abiathar, qui avaient tous conspiré contre son père et contre lui-même, son règne fut affermi. C'est ce qu'il semble que Jésus-Christ, dont il était la figure, a lui-même depuis exprimé, en parlant de ses propres ennemis sous la parabole d'un roi que ceux de son pays haïssaient, et à qui ils firent faire cette déclaration, qu'ils ne voulaient point le reconnaître pour leur roi. Ce prince ayant pris possession de son royaume, se fit amener ses ennemis, et les fit tuer en sa présence, ce qui affermit son règne. C'est-à-dire, que lorsque les méchants, figurés par ceux que Salomon fit mourir, et par ceux que la parabole de l'Évangile nous représente avoir été tués en la présence de celui qu'ils n'avaient point reconnu pour roi, auront été séparés du royaume de Jésus-Christ par cette grande et dernière séparation qui se fera à la fin du monde, le règne du vrai Salomon sera alors véritablement affermi et rempli de gloire, selon qu'il le fit entendre à ses apôtres après la séparation et la sortie de Judas, lorsqu'il leur dit : *C'est maintenant que le Fils de l'Homme est glorifié, et que Dieu est glorifié en lui.*

Mais nous pouvons dire que ce règne de Jésus-Christ, fils de Salomon selon la chair, est en un sens déjà affermi et glorieux, depuis que les Juifs qui l'ont voulu dépouiller de sa royauté, comme Adonias, Joab et Abiathar, et qui lui ont insulté dans sa croix et dans ses souffrances comme Séméï, ayant été si sévèrement punis de leurs crimes, il a commencé à régner dans toute la terre par l'établissement de la foi.

Et il s'allia avec Pharaon, roi d'Égypte, dont il épousa la fille qu'il emmena dans la ville de David, etc. Le mariage de Salomon nous figure d'une manière excellente l'alliance toute divine que le Fils de Dieu a contractée avec son épouse, qui est l'Église, tirée des gentils comme du milieu de l'Égypte. Elle était fille de Pharaon, c'est-à-dire qu'elle reconnaissait auparavant le démon pour père. *Vos ex patre diabolo estis; vos facitis opera patris vestri, et desideria patris vestri vultis facere.* Vous êtes les enfants du diable; vous faites les œuvres de votre père, et vous ne pensez qu'à accomplir ses desirs. C'est ce que le Fils de Dieu disait aux Juifs mêmes, et ce qu'il eût dit beaucoup davantage aux gentils. Il a donc choisi cette épouse, et l'a retirée du milieu du paganisme. C'est lui véritablement qui, comme un époux fi-

beret domesticos, qui videbantur rem turbaturi publicam, aut facere quominus ipse pacatum et non omnino suum agitare imperium.

28. Tout Israël ayant donc su la manière dont le roi avait jugé cette affaire, ils eurent tous pour lui une crainte respectueuse, voyant que la sagesse de Dieu était en lui pour rendre la justice.

COMMENTARIUM.

beret domesticos, qui videbantur rem turbaturi publicam, aut facere quominus ipse pacatum et non omnino suum agitare imperium. Quid enim non timeret rex adhuc puer Adoniâ vivo, incolu Joab, quorum alter et genere æquè nobili, utpote regis frater, et natu major, et multitudini non ingratus, et jam regis acclamatione nobilis? Quid si Abiathar sacerdotii summi titulo insignitus maneret in urbe non exauctoratus, qui jam suum in Adoniam studium abundè prodiderat? Quid si Joab primum in militari negotio locum obtineret, cuius in castris non levis erat auctoritas, et ut ingenio erat veteratorio ac callido, ad Adoniæ partes militum animos facilè traduceret? His itaque vivis, licet patris intercessisset auctoritas, acclamatio populi et sacerdotis unctio, non tamen videbatur confirmatus in regno, qui quod capiti suo atque coronæ metueret, aliquid esset reliquum. Confirmatum est ergo regnum in manu Salomonis, id est, in illius potestate, quia suo arbitratu de regno poterat libere statuere.

ET AFFINITATE CONJUNCTUS EST PHARAONI REGI ÆGYPTI. Cum jam constitisset atque firmasset regnum Salomon, ad constituendam, firmandamque domum suam animum adiecit, atque ideo de uxore ducendâ cogitavit, quam ex regio genere in regium etiam thalamum induxit, puellam nimirum Ægyptiam, quam omnium adamavit maximè. Quod eo videtur fecisse consilio, ut Ægyptias sibi adjungeret vires conjugali nodo colligatas. De hæc porrò Ægyptia conjuge et de domo ad ejus honorem et delicias impensis ædificatâ sumptibus, suo loco commodius. Nunc de hoc peregrino, et quasi alieno conjugio duo nobis expendenda.

Alterum est, an ista potuerint censeri legitima nuptiæ. Quidam omnino negant, quia cum alienigenis prohibitum fuit Hebræis inire connubia. Exod. 34, v. 15: *Ne in eas pactum*

dèle, a converti l'épouse infidèle, selon que parle saint Paul, lorsqu'ayant trouvé cette épouse noircie de crimes et enseveli dans les ténèbres de l'Égypte, il l'a lavée par son sang, éclairée par la lumière de sa vérité, et embrasée par l'ardeur de son amour. (Sacy.)

cum hominibus earum regionum, etc., nec uxorem de filiabus eorum accipias, ne postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant et filios vestros in deos suos. Deut. 7, v. 3: *Neque sociabis cum eis conjugia, filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo, quia seducet filium tuum ne sequatur me.* Neque faveat huic Salomonis cum Ægyptiæ connubio, quod hæc conjugia cum Chanaanitide feminâ prohibentur, ut constat. Quare aliæ omnes, quæ alienæ sunt ab Hebræorum genere ac religione, ad illorum thalamum videntur sanctè atque legitime adhiberi potuisse. Illis enim locis idè Chananæorum tantum meminit lex, quia de Chananæorum populis erat institutus sermo. Quid autem Deus, quod ad commercia et conjugale fœdus attinet à suo populo requireret, satis ostendit ratio, quam lex adducit, ne videlicet Hebræorum filii ab alienæ religionis matribus instituti sacra colerent gentilica, et à paternâ pietate degeneres ad maternam impietatem abducerentur. Hæc autem ratio tam valet in Chanaanæa, quam in quæcumque alia peregrina conjugia. Adde quod Deus id satis expressè docuisse videtur, cum per Moysen edixit populo sine ullâ prorsus gentium exceptione aut designatione, ut solum ex Israelitico populo, imò solum ex suâ tribu uxores accipiat; quare omne externum videtur prohibere connubium. Sic autem Num. 36, v. 6: *Nubant, quibus volunt, tantum ut suæ tribus hominibus: ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim tribus ducent uxores de tribu, et cognatione suâ: et cunctæ femine de eadem tribu maritos accipient.* Deinde lex illa, quæ peregrinæ feminæ connubium admittit et probat, eâ tamen lege, ut certis quibusdam cæremoniis parentum impietatem ejuret, et Hebræorum profiteatur, non magis alias, quam Chanaanitides puellas advocat, admittitque ad Israeliticas nuptias. De omnibus enim feminis peregrinis lex loquitur, quarum excludit nullam, modò religionem amplectatur Israeliticam, et patriam abjuret. Sic autem lex Deut. 21, v. 20: *Si egresus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, et tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tuâ, captivosque duxeris, et videris in numero captivorum mulierem pulchram, et adamaveris eam, voluerisque habere uxorem, introduces eam in domum tuam, quæ radet cæsariem, et circumcidet ungues, et deponet vestem, in quâ captiva est, etc., et postea intrabis ad eam, dormiesque cum illâ, et erit uxor tua.* Talis fingitur sponsa de quâ in Canticis Salomonis, ut nos in illo-

rum commentariis ostendimus, et cui dicitur psalmo 44: *Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam; obliviscere populum tuum et domum patris tui.* Adde quod expressum apparet Dei præceptum, quo Israelitæ prohibentur accedere ad illas, quæ ad terram Chananæorum non pertinent, modò alienis legibus et religioni serviant. Sic infra c. 11, v. 1: *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, et Moabitidas, et Ammonitidas, Idumæas, et Sidonias, et Hethæas de gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israel: Non ingrediimini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum.* Hic, ut vides, gentes numerantur, quæ non pertinent ad regionem Chanaan, et tamen illas Deus ab Israelitarum conjugio repellit.

Ex his constat omnes feminas alienigenas ab Hebræorum thalamis arceri; quare infirma est illorum ratio, qui hæc distinctione liberant Salomonem à crimine violatæ legis. Ego potiùs existimo Pharaonis filiam ejurasse Ægyptiam religionem, et Hebræorum sacra fuisse complexam, et eâ ratione, salvâ Hebræorum lege, Salomonis thalamum inire potuisse. Quod sine dubio fecerunt illæ feminæ, quæ alienigenis ortæ parentibus, connubiali vinculo Israelitis copulatæ sunt. Qualis fuit Maacha filia Tholmai regis Gessur Absalomis mater, quæ nupsit Davidi, de quâ nos pluribus lib. 2. c. 5; sanè Ruth Moabitidis, quæ Booz Israelitæ nupsit, sicut patriam antiquam, sic etiam religionem mutavit, quæ c. 4, v. 16, dixit ad socrum Noemi: *Populus tuus, populus meus: Deus tuus, Deus meus.* Cui dixit Booz c. 2, v. 12: *Reddat tibi Dominus pro opere tuo, et plenam mercedem accipias à Deo Israel, ad quem venisti, et ad cujus confugisti alas.* Sanè Raab Chanaanæa erat, et tamen quia conversa est, non minùs legitime Israelitæ nupsit, quam quævis alia, ex populo gentilico proselyta, ut multis probat Abulensis in cap. 6 Josue, q. 56. Quod à patriis erroribus ad Judæorum sacra, veramque religionem se contulerit, docet Paulus, ad Hebr. cap. 11, v. 31: *Fide Rahab meretricis non perit cum incredulis;* vide expositores in eum locum; et clariùs Jacobus, c. 2: *Similiter autem et Rahab meretricis nonne ex operibus justificata est?* Quod ergo Salomoni licuit, cui Rahab, et Booz cui nupsit Ruth, utraque proselyta, id profectò etiam Salomoni licuit, si Pharaonis filiam proselytam uxorem accepit.

Alterum, quod expeditum oportet, est,

quoto ætatis anno Salomon regnare sit exorsus; quâ de re ex Scripturâ nihil certum affirmari potest, et auctores. vix credi potest, quantum inter se dissentiant. Est qui putet triennem illum inisse regnum, sed est planè absurda, ut modestissimè dicam, et suo auctore digna sententia; is est Musterus, à Serario citatus, quem ego non legi, neque legisse vellem. Alii duodenem putant, neque hi pauci sunt, neque ignobiles. Hieronymus Ep. 152 ad Vitalem et in Isai. c. 3; S. Ignatius Ep. 5 ad Magnesianos; Eusebius lib. 9 de Præpar. evang. c. 4 ex Eupolemo; Antonius 1 p. Hist. tit. 3, c. 2. Denique hæc communis tam Hebræorum, quam nostrorum sententia est, quos non nomino, ne cunctos nominem.

Abulensis regni exordium statuit in anno Salomonis 15 aut 16, in hoc c. 3, q. 5. Lyra vigesimo ætatis anno inisse regnum arbitratur in lib. 3 Reg. cap. 11, ubi sententiam aliorum multis impugnat. Massæus lib. 6 Chronicon non ante vigesimum sextum annum reguasse putat.

Ego in hæc rerum controversiâ hoc unum scio, nihil ex Scripturâ sciri certò posse, quia neque anni ætatis Salomonis in eâ traduntur, de quibus magna est quæstio, et incertæ conjecturæ, neque quoto Davidis anno natus, ex quibus colligi posset, quando ad regnum admissus est. Deinde, quia licet sub hæc tempora Salomon, imò post patrem mortuum confirmatumque regnum, in quo non parùm temporis positum oportuit, puer dicatur parvulus; sic enim Salomon de se v. 7: *Ego autem sum puer parvulus, et ignorans ingressum et introitum meum;* tamen multò ante hoc tempus à patre suo vocatus est, *vir sapiens*, c. 3, v. 9. Quæ duo in ætatem puerilem et teneram non aptè conveniunt. Quare ex his verbis, quæ tam sibi ipsis videntur adversa, nihil certum potest definiri. Qui ætatem puerilem tribuunt Salomoni, sumpserunt, opinor, ex verbis quæ de seipso locutus est Salomon; qui verò grandiorum et regno non immaturum, ex illis quibus ad illum locutus est pater, cum Semei scelus illi puniendum commendaret c. 2, v. 9, *vir autem sapiens es, ut scias, quæ facies ei.* Ut ergo de Davidis ætate, quo tempore ad certamen descendit cum Goliath, idè nihil habemus certum, quia, ut constat ex c. 17, modò à Saülè vocatur *puer*; v. 33, et c. 16, v. 18, ab alio viro, ut apparet, principe, cum esset Davidi familiaris, *vir* appellatur, et ea de illo prædicantur, quæ non videntur in juvenilem

ætatem convenire; sic etiam verba non dissimilia Salomonis tempus, quo regnum inivit, vehementer obscurant. Nos igitur jam quid probetur magis, aut quid improbetur minùs afferamus.

Primum igitur probabile statuo, quod cum Hieronymo sentiunt frequentes alii, nempe anno duodecimo, aut ab eo certè non admodum longè, unctum esse regem Salomonem, cujus ea conjectura est, quia aliquot annis à parentis mortè constituto jam regno, se puerum et parvulum appellat. Cui cogitationi cum obstent duo, illa nos expediamus oportet. Alterum est, quod Salomon decessisse dicitur senex; atqui cum quadraginta regnârit annos, ut constat cap. 11, v. 42, his si addas duodecim alios, qui illius regnum præcesserunt, non plures efficient, quam quinquaginta duos. Hæc verò ætas vix est senilis, quia in eâ homo robusto et corpore, et integris sensibus, quales Salomon habuisse non videtur, cum in illam peccatorum abyssum demersus est, ut diis supplicârit gentium, et se totum muliercularum libidini regendum permiserit. Huic autem objectioni occurri potest non difficilè: nam reverà quinquagesimus annus ad senectutem pertinet. Quare si quinquagenarius Salomon mulieres adamavit alienigenas, utique senex adamavit, verèque de illo affirmari potuit illud c. 11, v. 4: *Cum esset senex, depravatam est cor ejus per mulieres.* Cum autem advenire interdum soleat immatura senectus ante suum tempus, id accidit maximè his qui immoderatiùs venereis indulgent voluptatibus: hæc enim veneris intemperantia debilitat vires, exhaurit et conficit corpus; et ut innumerabiles gignit morbos, illosque fœdissimos, sic præcoem adducit et turpem senectutem. Quâ de re multa, et graviter tam sacri, quam profani philosophi. Vide Tiraquellum in Legibus connub. lege 15, ubi plura adducit testimonia, tu pauca accipe. Cicero de Senectute: *Libidine nosa, intemperansque adolescentia effectum corpus tradit senectuti.* Chrysostomus hom. *Quod nemo læditur nisi à seipso:* *Qui in libidine vitam ducunt, resoluta corpora et omni cerâ molliora circumferunt, atque agmine quodam infirmitatum repleta, quibusque ad cumulum malorum, podagræ tremor et immatura senectus succedit; et est vita semper cum medicis et medicamentis.* Cum ergo Salomon tam se assiduè venereo concubitu confecerit, quale existimandus est habuisse corpus, quam fractum, quam effectum, quam